

de ipso que remanent prolixius enarremus, ut, quem undique cernimus in malitia positum, eius^a inculcemus pre solito^b in Romane navicule depressione collapsum. Ab imperio igitur Romanorum, sub quo minamur cervicibus et fessi^c iam viribus provocamur, exordium iam^d lugubre presumentes^e, eo licentius sub eius ymagine lugeamus orbis angustias, quo sub aquilonis^f inportabili pondere in obprobrium fidei voluntarias^g multiplicamus offensas.

Igitur Onus Babilonis^h et terre Chaldeorumⁱ.

Super montem caliginosum^{k.1} et cet.^l Mons iste tuus est filius a dignitatis culmine subruendus, et forte caliginosus^m idcirco prescribitur, quia per eum universalis ecclesia doloris lacrimis obtegetur. *Obtexit*, inquit Ieremias², *caligine*ⁿ *Dominus filiam Syon*. Sane^o si ad montem pestiferum³ caligo devolvitur, profecto idem erroris tenebris involvetur. Concorditer autem Romanus populus tangitur; unde^p conicitur, quod eius superbia per tuum filium diruetur^q. *Dominus*, inquit^{r.4}, *precepit militie belli venientibus de terra procul*, de lateribus silicet aquilonis⁵, ad ponendam terram in solitudinem et inclitos eius quantotius conterendos⁶. Sane stelle celi cardinales sunt et rectores, de^s quibus partem draconis cauda prosternet. Set necesse est, ut et^t ipse de celo ecclesie tetrifer lubricet, cum eum undique repentina calamitas⁷ in partibus Ytalie^u circumcinget*. Cessabit eius exactio, tributa quiescent, et calcato

*) R am Rande: 'De devictione Frederici'.

a) Folgt 'p (pre)'? V. b) 'inculcemus prestitum' R. c) 'confossis' R. d) 'iam' fehlt R. e) 'resumentes' R. f) 'aquilonari et' R. g) 'uoluntarii' R. h) 'babillon.' meist V. i) Hier folgt noch im Text: 'super montem et cet.' V. — Statt dieser Ueberschrift hat R: 'Contra Romam' (rot). 'Adversus Babilonem et terram Cald'[eorum]' (schwarz) R. k) 'caligosum' V, wo 'Super m. cal. et cet.' am Rande. l) 'leuate signum' (statt 'et cet.') R. m) 'caligosus' V. n) 'in furore suo' setzt R aus der Vulg. zu. o) 'Porro' R. p) 'Unde et' R. q) 'tuum posterum deriuetur' R. r) 'ys.' setzt zu R. s) 'e' R. t) 'et' fehlt R. u) 'ytalia' V.

1) Is. 13, 1. In R am Rande 'Ysa. XIII'. 2) Thren. 2, 1. In R am Rande 'Tre. II'. 3) Jerem. 51, 25: 'mons pestifer . . . qui corrumpis universam terram'. 4) Is. 13, 4. 5) Ezech. 39, 2: 'ascendere te faciam de lateribus aquilonis'. 6) Is. 13, 9. 10: 'Ecce dies Domini veniet . . . ad ponendam terram in solitudinem et peccatores eius conterendos de ea. Quoniam stellae coeli et splendor earum non expandent lumen suum'. 7) Prov. 1, 27: 'Cum irruerit repentina calamitas,